



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De eruditione christifidelium

Herolt, Johannes

Colonie, 27. X. 1496

De precepto primo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30784**

## De decem preceptis

delicet in manibus. propter decem digi-  
tos manuum. In pedibus. propter decem articu-  
los pedum. Et in ipsis sensibus. propter quinque  
sensus exteriores. et quinque interiores.  
Ideo autem scripta sunt in predictis tribus  
partibus ad designandum quod precepta diuina  
debent regulari in nobis in operationibus:  
ne in operibus nostris non divina precepta fa-  
ciamus. Dirigere gressus affectus ne pre-  
cepta diuina transgrediamur. Et mode-  
rare sensus et motus uersatōis: ut in omni  
conuersatione exemplum nostre sanctitatis pre-  
tendamus. Et nota quod decem precepta fuerunt  
data moysi in duabus tabulis septem digito  
dei. **E**t in prima tabula fuerunt  
tria prima precepta per que homo ordiatur  
in deum. In secunda alia septem precepta  
per que homo ordinatur ad proximum. Et  
ista omnia precepta eorum impletio salutem  
feram originaliter emanat a radice chari-  
tatis tanquam a fontali principio. Et  
in ipsa ultimitate ordinant tanquam in fi-  
nem et terminum completiui. Unde apostolus  
Rom. 13. Plenitudo legis est dilectio:  
quod sic patet. Nam precepta prime tabule ema-  
nant a dilectione dei. et ostendunt nobis quomodo  
nos habere debemus ad deum. Et primo  
corde. quia credere in unum deum  
debemus. et hoc tangitur in primo pre-  
cepto. Non adorabis deos alienos. Se-  
cundo quomodo ore et hoc in secundo pre-  
cepto. Non assumes nomen. etc. Tercio  
quomodo in opere: et hoc in tercio Sab-  
bata sanctifices. Sed alia septem ema-  
nant a dilectione proximi: et per illa septem  
precepta secunde tabule homo ordinatur ad  
proximum: et hoc duobus modis. Pri-  
mo quidem in beneficiis tunc bona que  
homo potest proximo faciat vel impen-  
dat. Et sic est preceptum quartum. Hono-  
ra patrem et matrem. In quo precepto  
secundum Augustinum implicat omnes actus  
beniuolentie proximo impendendos.  
Secundo in innocentia ut nihil iniuste sibi  
inferat: nec in aliquo sibi noceat. Pro-  
ximo autem potest inferri triplex nocumen-

tum: puta cordis: oris: et operis. Ope autem  
nocet quis proximo. Primo quidam in perso-  
na propria: et hoc prohibet quintum preceptum  
Non occides. Secundo in persona coniuicta  
et hoc prohibet sextum preceptum. Non mecha-  
beris. Tercio in exteriori subiecta: et hoc pro-  
hibet septimum preceptum. Non furtum facies  
No documentum autem oris. prohibet octauum  
preceptum. Non dices falsum testimoni-  
um: ubi secundum Augustinum: implicite prohi-  
betur omne nocumentum oris respectu pro-  
ximi. Tercium nocumentum est cordis ut  
quando quis cogitat mala contra proximum  
et hoc prohibet in nono. Non concupisces  
rem proximi tui. Et in decimo. Non con-  
cupisces uxorem proximi tui.

## De primo precepto.

**P**rimum preceptum Non adora-  
bis deos alienos. Quod quidem  
preceptum Christus expressit Matth. 4.  
Dominum deum tuum adorabis: et illi soli ser-  
ues. In quo deorum pluralitas excludit  
et unus solus uerus deus colendus ostendi-  
tur. Quod tamen expressit per Deuterom:  
vi. ubi dicitur Audi israel dominus deus tuus:  
deus unus est. **D** Sciendum autem  
quod primum preceptum tangit fidem: quia  
fides est fundamentum omnis boni: unde  
apostolus. Fundamentum aliud nemo  
potest ponere preter illud quod positum  
est: id est fides christi. Unde Augustinus  
Fides est bonorum omnium fundamentum  
Fides est humane salutis initium: sine  
hac nemo potest ad filiorum dei numerum pro-  
uenire. Hoc etiam patet per Bernardum  
qui dicit. Nemo liberatur a damnatione  
que facta est per Adam nisi per fidem do-  
mini nostri Iesu christi. Unde apostolus ad  
Hebr. xi. Impossibile est sine fide placere  
deo. Unde Bernardus de patribus  
veteris testamenti dicit. Multi ante sal-  
uatoris aduentum deum omnipotentem  
timentes: et diligentes sue salutis grati-  
simam promissorem: credentes in promissum

one fideles. sperantes certissimū redem/  
ptorem i hac fide et expectatione saluari  
sunt. Ergo scdm Augustinū. De vn<sup>o</sup>  
adorandus est fide integra et non ficta.  
vnde dicit. Non adorab deos alienos  
**C**irca quod sciendū q hoc preceptū  
a multiplicib hominibus multiplici  
trāsgredit. **E** **P**rimi q trāsgredi  
untur pceptum hoc sunt infideles non  
baptisati. qui continue sunt in statu dā  
nationis. Unde Joh. iij. Nisi quis re/  
natus fuerit ex aqua et spiritu sancto. nō  
potest intrare in regnū dei. Et Marc  
16. Qui crediderit et baptisatus fuerit  
saluus erit. Qui vero non crediderit. cō  
demnabitur. Sciendū q hoc firmiter  
crededū ē q extra fidē catholicā nullus  
saluaf. **H** figurā hēm<sup>o</sup> i archa Noe. i  
q solūmō tpe diluuii octo hoies in vita  
manserunt. alij spibus extra archā sub  
mersis. **Q**uerit de pueris iudeorum et  
christianorum qui decedūt sine baptis/  
mo vtrum sint equales. **R**espōdetur q  
sic. Et ratio huius quia solūmodo ha/  
bent culpam originalem et nullā actua  
lem. tam iudeorum q christianorum q  
sine baptismo decedunt ad limbū pue/  
rorum descendunt et ibi habebūt penaz  
damni. id est puationem visionis dei. et  
non penam sensus. id est penam sensibi  
lem. **I**tem querit vtrū pueri iudeorū  
et infideliz inuitis parentibus sint ba/  
ptizandi. **R**espondeo scdm Thomā  
scda scde. q. x. non licet. **S**z quādo ad  
annos discretōis perueniūt. possunt fū  
dem suscipere parētibz etiam inuitis  
**C**oncordat etiam Buil. Sciendūz ta/  
men q si quis in articulo mortis puerū  
iudeorūz baptizaret. statim ad celū euo  
laret. **S** **S**cōi sunt heretici. qui  
falsam opinionē de fide et eius articu  
lis inueniunt. vel sequuntur. vel etiā d  
sacramētis vel de sacra scptura. Et ta  
les heretici excōmunicati sunt. vt habe  
tur extra de hereticis. **S**igna autē here  
ticorum sunt quia loquunt contra pote

statem platorum ecclesie. quam christ<sup>o</sup>  
eis cōtulit dicens eis in apostol<sup>o</sup> suis. vt  
habetur **M**arth. 18. Quodcūq ligā  
ueris sup terrā. erit ligatum et in celis. et  
quodcūq soluerit sup terrā etē **S**ed  
tales heretici excōmunicatōes et sentēti/  
as prelatorum parūpendunt et contem  
nunt **I**tem loquuntur quandoqz ptra  
sacramētum matrimonij. **I**tem ptra ba  
ptisum. penitentiam. et pessionem. d  
quibus modicum curant. **I**tem parū  
pendunt ordinatiōem sancte eccle dei i  
ieiunijs. in festiuitatibus. et sic de alijs.  
et tales non sunt fouendi. quia ipsi cum  
fautoribus sunt omnes excōmunicatē  
vt patet extra de hereticis **E**xcomuni/  
camus. **T**ercij qui dubitant de fide  
et tales solent dicere. si sic ē vt scptura dē  
cit et tides catholica tenet magnum qd  
est et non em̄ contradicunt simplicitē scri/  
pturę et fidei. sed tamen non firmiter cred  
dunt. et tales si sic decedunt. damnabū  
tur. quia fides christiana debet esse for  
tis in homine. vt si etiam angelus d cel  
lo descenderet et aliam fidem pdicaret. se  
bi crededum non esset. vt patet p Apo/  
stolum ad Gal. p. **S**ed hoc non est in/  
telligendum de his qui temptantur cū  
amaritudine cordis de fide. tales resiste  
re debent. **Q**uia scdm Gregorū in pa/  
storali. Humanū est in corde temptati  
onem perpeti. demoniacū vero est in rē/  
tationis certamine superari. **S**ciendū  
q sacramētum confirmatōis dat in frō  
re. vt quilibet christianus libere audiat  
nomen christi confiteri. etiam si propter  
rea mori deberet maxime ppter ista que  
sunt de necessitate fidei. **U**nde ad Ro  
ma. x. Corde creditur ad iusticiam. ore  
autē confessio fit ad salutem. **E**rgo qui  
fidem obseruare volunt solum in cor  
de. et ore non audent confiteri. tales sine  
dubio p hanc occultatōem fidei dānant  
**S** **Q**uarti sūt q articulos fidei  
addiscere negligunt cū possint et debeāt  
eos scire. **Q**uilibet em̄ christianus cur

## De primo

ad annos discretiónis peruenerit. tene/  
tur discere scire symbolū ap' loz nisi eēt  
impossibilitas ingenij sic q' nullo modo  
addiscere possit. Ergo qui articulos fi/  
dei frivolez ex cōtēptu addiscere nollet  
cum addiscere possit. mortaliter pecca/  
ret. z tali non ē ministrandū sacramētū  
eucharistie. donec addiscat. Unde ad  
remouendum impedimentuz predictuz  
statuerunt iura q' tenent docere patri/  
ni filios suos spūales symbolū z oratō/  
nem dñicam si parentes in hoc negligē  
tes sunt. vt patet p' decretuz Augu. qd  
ponit de sacra. dist. 4. ¶ Quinti sūt q'  
fidem psumptuose scrutari volūt z nihil  
credere nisi qd possit eis ratōe liquida  
demonstrari q' plerūqz in errore labunt  
z tales mortalit' peccant z meritū fidei p'  
dunt. Quia s'm Grego. Fides non ha/  
bet meritū ubi hūana ratio p'bet experi/  
mentū. ¶ Unde hanc psumptuosam p'  
scrutatōem dehortat Sapiēs Eccl. 3.  
Altiora te ne q'sieris. z fortiora te ne scru/  
taris fueris. Quia q' scrutator est malesta/  
tis opprimef a gloria. Bernardus. Fidē  
psumptuose scrutari temeritas ē. Cre/  
dere pietas ē. Noscere vero vita eterna  
ē. Impossibile ē em fidem p' rōem p'scu/  
tari. Unde Grego. in omel. qdaz. Fi/  
des est earum rerum que apparere non  
possunt. q' ergo apparēt. fidē non habēt  
sed agnitōem. ¶ Sexti sūt q' inspectio/  
nes sortilegas faciunt z diuinatōibz in/  
tendunt. Ut aut' appareat qñ act' diui/  
natōis sit mortale vl' veniale peccatum  
Tūc sciendū scōm Henricū de firma/  
ria. q' actū diuinatōis z sortilegij quis  
potest exercere Primo modo credens p'  
illū actū realit' asseq' quod intēdit. puta  
alicui' amorē. vl' furti reuelatōez. vl' fu/  
turi euentus p' cognitōem. Sicut q's euz  
q' contrahere debeat. z sic mortalit' pec/  
cat z ē grauissimū p'ccm. Scōdo licz nō  
credat p' actum illū realit' asseq' qd intē/  
dit. tamē vult curiose experiri vtz aliqd  
efficacie sit in tali actu an non. z hoc ite/  
rum est mortale licet non ita graue sit si/  
cut ē primum. Et ratio est. quia talis ē  
dubi' z fluctuans in fide catholica post  
q' contra veritatem z firmitatem fidei  
catholice p'ponit experiri talia que scit  
et scire debet per fidem catholicam esse  
reprobata. ¶ Tercio mō si ex sola  
leuitate vl' simplicitate s' exerceat. nihil  
tamen credens in hoc esse virtutis z ef/  
ficacie. nec etiam experiri intendit an in  
hoc efficacia aliqua existat sed solum ex  
leuitate z simplicitate hoc facit. hoc so/  
lum videtur veniale peccatum maxime  
quantum ad laicos. Sed quantum ad  
clericos qui tenentur scire hoc in iure eē  
phibitum. semper est peccatum morta/  
le. cum per hoc iura decernant eos p' an/  
num de communitate priuandos. quod  
solum indicitur pro mortali p'ccō. ¶ Se/  
ptimi sunt qui tempus z dies egyptia/  
cos obseruant. Sciendum tamen ē. q'  
si certum tempus obseruetur in his ac/  
tibus qui dependent a causa naturali.  
puta ab influentia celesti. sicut potōnis  
sumptio in medicinalibus. agrozum se/  
minatio. arborum plantatio. z sic d' ali/  
is. hoc non est idolatrie. sed sagacitatis  
z prudentie. z hoc nullum peccatum ē.  
¶ Sed si obseruentur hec in alijs acti/  
bus qui solum dependent ab hominis  
libero arbitrio puta mercatio. vxor' tra/  
ductio. herbarum collectio. z sic de con/  
similibus. quia in talibus obseruare tē/  
pus z dies egyptiacos est p'ccm mor/  
tale. Unde dicitur in decretis. xxvi. q.  
v. Non licet christiano elementa colere  
nec lune nec stellarum cursum obserua/  
re in coniugijs sociandis. nec in herbis  
colligendis. nec incantationes licet at/  
tendere. Ergo reprehensibiliter peccāt  
qui in nocte natiuitatis Christi Joā/  
nis baptiste suas incantationes faciūt.  
¶ Sciendum quoqz quando necesse ē  
aliquē xpianū ire vl' aliqd opus inchoa/  
re p' mo signo crucis dz se munire z dñi/  
cam orōnem z symbolum dicere. z sic d'

dei adiutorio confidere q̄ sibi p̄sperabi  
tur in his quantum ad salutem suam p̄  
tinet. **Uñ Augu<sup>9</sup>.** dicit. Omnis dies  
bona est. quia sicut p̄mā diem. sic se daz  
z terciā z quartā fecit deus. Ergo nll  
lus obseruet qua die exeat de domo vl  
opus aliquod inchoet. **In cōtrariū faci**  
**unt illi q̄ obseruant diem innocentum z**  
**alios plures dies esse egyptiacos.** **Uñ**  
**Augu<sup>9</sup>.** Non obseruetis dies egyptia  
cos. **I** **C** Octau<sup>9</sup> ist<sup>9</sup> q̄ somnia aduer  
runt z fuant. Contra quod dicit **Leu**  
**ti. xix.** Non augurabimini. nec obserue  
tis somnia. Sciendum tamen q̄ som  
niorum est multiplex causa. **Prima** ē dis  
positio corporis. sicut homines frigidi  
somniaant frequent<sup>9</sup> q̄ sint in glacie vl in  
niue. quia fantasmata formant<sup>9</sup> confor  
mia tali dispositioni. **Unde Augu<sup>9</sup> de**  
**spū z anima.** Juxta infirmitatūz diuer  
sitates diuersa accidunt somnia. **Et fm**  
**morū z humorū varietatē. variant<sup>9</sup>**  
**z somnia. nam alia vident sanguinei. a**  
**lia colerici. z sic de alijs.** **Hoc** possum<sup>9</sup>  
cognoscere. nam timorosis apparet quā  
doqz quasi sint in angustijs constituti.  
scz in p̄secutiōe gladij. vel in deuoratiōe  
ferarū z canum. z quod cadant ab al  
to ad imum. **C** **S**ecundo contingunt som  
nia scdm **Grego<sup>9</sup>. li. 8. morali. ca. 7.** ex  
plenitudine ventris vel inanitate. **Et hec**  
**duo omnes experimento cognoscimus**  
quia esurienti apparet in somno q̄si co  
medat. z sitienti quasi bibat. **C** **T**ercio  
contingūt somnia ex precedētibus cogi  
tationibus z occupationibus. **Uñ Sa**  
**lomon** Multas curas sequunt<sup>9</sup> somnia.  
**Hoc** apparet in nobis ip̄s manifeste. qz  
quicquid attente cogitamus vigilādo.  
hoc occurrit cōiter in somnis. **C** **Q**uar  
to contingunt somnia a demonibus vt  
quando a demonibus immittunt<sup>9</sup> aliq̄  
visiones imaginariē in dormiendo. z sic  
plures decipiuntur. **Unde Eccl̄. xxxij**  
**Multos errare fecerunt somnia z illusi**  
**ones vane.** **Uñ Catho.** Somnia ne

cures nam fallunt somnia plures. **Exē**  
**plum** de illo diuite cui somniauit q̄ diu  
deberet viuere. z sic multas diuitias cō  
gregauit. z postmodum in breui defun  
ctus est dicens. **V**anitas somniorum  
qualiter decepisti me. **C** **Q**uinto cōtin  
gunt somnia z visiones cum deus per se  
vel p̄ ministerium angelorum immittit  
alicui imaginarias visiones ad aliq̄ fu  
tura designanda. vt p̄z de **Ioseph spō**  
**Marie.** cui apparuit angelus i som  
nijs dicens **Tolle** puerum z matrē ei<sup>9</sup> z  
fuge in egyptum. **Sed** hoc raro cōtin  
git nisi valde bonis z perfectis. **Sed** il  
la somnia a demonibz p̄tingūt mltis vt  
cōit. **Uñ Bre. viij. mox.** Nimirū cū som  
nia torrey q̄litaribz alternent tanto eis  
credi difficilius debet. quanto z ex q̄ in  
pulsu veniant facilius nō eleuet. **C** **N**o  
ni sunt qui ad phitonissas accedūt. z q̄  
dam occulta ab eis requirunt. vt furta.  
z sic de alijs. quod stricte phibitum est.  
vt p̄z. xxvi. q. vij. **Non** obseruet. **U**bē  
dicatur. qui talibus credunt. aut ad in  
terrogandum eas eaz domus introeāt  
aut eas ad domos pprias ducunt. sciat  
se fidem catholicam z baptisimū p̄reua  
ricasse. z paganam z apostatā. z dei inē  
micū z irā dei in p̄petuū grauit<sup>9</sup> meruis  
se. **Sciendū** q̄ oēs q̄ tales phitonissas  
accedūt toriēs mortalit<sup>9</sup> peccāt. qz nō li  
cet p̄siliū a diabolo inq̄rere. qz inimicū  
mortal<sup>9</sup> cōim n̄m. z sp̄ hz malā volūta  
tē q̄ nos quō nos impediāt a salute n̄ra.  
**Insup** nec eis credendū. qz diabol<sup>9</sup> q̄ p̄  
eas loquit<sup>9</sup> fm dictū xp̄i in euāgelio. vt  
habet **Ioh. 8.** **D**ēdax ēz pat<sup>9</sup> eius scz  
mēdaciū. **Et** p̄ hoc nitit<sup>9</sup> quandoqz inno  
cētes infamare eo q̄ sunt sibi magz con  
trarij. **C** **U**nde exemplū. **Q**uidam co  
mes inyna ciuitate sui dominij habuit  
talē phitonissam q̄ occulta z secreta ma  
nifestabat. **A**d quam accessit tentans  
eam. z quesuit ab ea de duobus equis  
quos dicebat sibi esse furatos. z ip̄a in  
dicebat ei. z quo venisset. **Et** ille **D** **q̄**

## De primo

grande mentita es et illos de quibus dicitur  
innocenter inculpas. quia equos meos  
ambos adhuc in stabulo meo habeo  
**D**ecimi sunt qui per feruz candens  
vel per aquam bullientem vel duellum te-  
tant deum. quod est grauitus phibituz  
**T**um quia ibi expectat aliquis miracu-  
losus effectus a deo. tum quia ordinan-  
tur ad iudicandū occulta. que diuino iu-  
dicio reseruantur. tum quia etiam huiusmo-  
di iudicium non est autoritate diuina san-  
ctum sed phibitum. vt patz Deutero.  
sexto et Matthei. 4. vbi dicitur. Non te-  
prabis dñm deum tuum. Ergo talib?  
sic deum temptantibus nec est dandū  
auxilium vel consiliū ad talia exercēda.  
Sed omnibus viribus retrahendi sūt  
a talibus. quia si sic moriantur. eternali-  
ter damnabunt. **I**tē **U**ndecimi  
sunt qui peccata sua constellationibus et i-  
fluentijs planetarū ascribunt. et sunt ta-  
les quod dicunt fatum esse. Contra quod dicit  
Gregorius. Absit inquit a fidelibus quod  
esse fatum aliquid dicant. vitaz em ho-  
minum solus conditor qui hanc creaturam  
amministrat. Fatum in vulgari dicitur  
das ist mir beschert Ego aut addo. Das  
beschert in yñ das verlin louffat mite in  
ander. Si vnus non furaret non suspen-  
deretur. Et Chryso. sup Matthe. ar-  
guit et improbat tales quod dicunt quod suavi-  
cia habeant a constellationibus dicens.  
Si aliquis adultē aut homicida fieret  
per stellam magna esset iniq̄tas stellarum  
Maior autē illius quod creauit stellas. Nam  
cum p̄sciens futurorum deus sit. ex quo  
ranta iniq̄tas futura esset ex stellis si no-  
luit emēdare non est bonus. Si autē vo-  
luit et non potuit. non ē omnipotens. que  
omnia sunt contra fidem christianā. cū  
deus sit summe bonus. **U**n̄ ps̄. Con-  
fitemini dom̄o quoniam bonus. Unde  
Aristoteles. xi. meth. Deus est optimū  
bonū et sempiternū. Itē quia ops. **U**n̄  
ps̄. Omnia quecumq; voluit dñs fecit i  
celoz in terra. **U**n̄ dicimus in simbolo

Eredo in ynum deū patrem omnipotē-  
tem factorem celi et terre. Ergo grauitē  
peccant qui tenent fatum. dicēdo quan-  
do homo male moritur siue suspēdatur  
siue cōburatur. tunc tales dicunt quod sic  
oportuit fieri. quia deus sic voluit et ordi-  
nauit. et ad hoc natus ē quod talia facere et  
talita pati debuit. Hoc est contra honore  
dei loqui. quia deus quod ē summe bonus  
non vult nisi bonum. **U**n̄ Ap̄ls primo  
Thessal. 4. Hec ē volūtas dei. sancti-  
ficatio vestra. Ergo ascribi debet malu-  
rie p̄cipius hominis et non diuine or-  
dinationi. licet scdm Augustinuz. No-  
stra animalis sensualitas per constella-  
tiones plus inclinatur ad vnum vitium i  
vna constellatione quā in alia. Et etiā in-  
telligitur sic de p̄tutibus vt potē sub ve-  
nerenatus ad luxuriam. Nat̄ sub mar-  
te ad bellum. Natus sub hygine ad casti-  
tate. et sic de alijs. Tamē ista inclinatio  
manet sub potestate ipsius rationis hu-  
mane. **U**n̄ Ben̄. iij. dixit d̄s ad Layn-  
fratum volētes occidere fratrem suū Sub-  
tus te erit appetitus tuus. et tu domia-  
beris illius. Unde etiam Auḡ. Om-  
ne p̄ccm est a deo voluntarium. quod si vo-  
luntarium non ē. p̄ccm non est. Unde  
Seneca. Dimitte excusationem. nemo  
peccat inuitus. Ergo illa inclinatio siue  
ille constellatōes non ponunt necessita-  
tem peccandi **D**uodecimi sūt  
quod augurium obseruant. quod augurium  
attēditur in gestuz cantu et i volatu auis-  
um. Verbi gratia. Cum gallina cātat  
et canis latrat. et corui supra domum se-  
ponunt. et cuculus gucguc clamat. que  
omnia vana et superstitiosa sunt. Exem-  
plum legitur quod quedam mulier egrota  
utrysq; ad mortem. et dixit ei filia sua.  
Dat mitte per sacerdotē vt confitearis  
p̄ccā tua. Cui mat. ad quid si mō sum  
infirmā cras aut postcras ero sana. Fi-  
lia p̄vidēs eam sp̄ deteriorari adduxit  
plures vicinas vt eā similitē monerent.

precepto

Quibus illa. Quid dicitis vel timetis & Ego non moriar ante duodecim annos quia audiui cantare cuculu in die. **D**icitur quod dixit michi. et tandem in illo periculo obmurmuravit. Et tunc misit filia sua pro sacer dore. Qui venit et attulit quod debuit. et ad eam veniens querit si velit aliquid confiteri. Illa solum dicebat. gueguc.

Item sacerdos offert ei corpus domini etiam querit iterum si credit esse salvatorem. Et illa respondit gueguc. Et sic reuertente post paululum obiit. **T**redecimi sunt qui nigromantiam exercet quod fit per mortuos suscitatos. Huiusmodi nigromantia non est apud vulgares homines visitata. ergo de ea presentem non loquimur.

**S**ciendum tamen quod plures homines plures vanitates circa morientes attendunt. Primo enim dicunt quod quando agonizans sudorem emittit quod sit baptismus. quia sicut in ingressu baptismatus est. sic in egressu exdat eundem baptismum. quod est erroneum. **I**tem aliqui dicunt quod anima recedens a corpore non habebit requiem. donec pulsatus fuerit ei. **I**tem aliqui dicunt quod interim pulsus sit anima confiteretur. **I**tem aliqui dicunt quod quando anima egressa est a corpore. tunc prima nocte pernoctabit cum beata gertrude. secunda nocte cum archangelo Michael. tertia nocte vadiat sicut diffinitum est de ea. quod est erroneum.

**U**nde de peccatoribus dicit Job. **D**ucunt in bono dies. et puncto ad inferna descendunt. Simile dicendum est de bonis et perfectis et innocentibus. qui immediate volant ad celum. Sed qui sunt medio ceteri boni. immediate deducuntur ad purgatorium. **I**tem aliqui dicunt quod sabbato de sero anime exibunt de purgatorio. et sic requiem habebunt usque ad secundam feriam. tunc reintrabunt cum primo quod aliquid cepit laborare. et ex hoc volunt inferre quod peccatus sit in secunda feria nimis mane surgere et laborare. **S**ed quod sabbatinis diebus diu laborant hoc pro nullo

peccato reputant. cuius oppositum tamen est verum. **N**on anime non exhibent de purgatorio ante plenariam purgationem ostendit **D**aniel. **v.** Non exies inde donec reddas novissimum quadrantem. **I**tem alii exerceant superstitionem cum acu cum qua cadaver mortuorum confutum est. **Q**uarta decima sunt qui circa sortes et circa varias inspectionem psalmorum. euangeliorum et aliarum scripturarum futura pronosticare volunt. **I**tem qui ponunt cumulum salis et cedulas scriptas vel non scriptas in oculis positas. et considerant volunt quod quam accipiat. **U**el ex festucis in equalibus prepositis quod maiorem vel minorem accipiat. **U**el ex taxillis periectione in libro qui nominatur liber sortium. vel etiam considerando in taxillis quod plura puncta periciat. vel etiam dum considerat quod in apertura libri occurrat. et sic de aliis. **Q**uarta decima sunt qui in puerperio et cum mulieribus pregnantibus et parientibus superstitiones exercent. **U**erbi gratia sicut qui mulierem difficultatem habentem in partu circumangunt circumangulo viri ut eo levius pariat. **I**tem dicunt mulieres que in partu vel in puerperio moriuntur. non posse videre claram faciem dei. sed per velamen. **E**t dicunt quod mulieribus nocet cum in partu periclitantur. quod est falsum. nisi essent culpabiles quod abortum parerent. **P**uerro enim sic in utero morienti nocet. quia nunquam videbit faciem dei. **I**tem qui mulieres faciunt steriles quia tot homicidiorum rei esse videntur quot conceptus conantur impedire. **E**t qui occidunt pueros in utero matris scient. **S**icut ille meretrices qui gerunt se per virginibus cum impregnate fuerint. et sic fetus in utero occidunt. **U**el illis et illis antiquis verulis que talibus dant auxilium et consilium ad occidendum tales pueros in utero matris. quod est maximum peccatum. quia exuperat homicidium cuiuscumque proximi baptizati. **E**t ratio est quia in puero isto occiditur anima cum corpore. **S**ed in homine baptizato occidit

## De primo

tur solum corpus. Unde **Sachabeo**. decimo Nolite timere eos qui occidunt corpus. zyna anima preciosior est q̄ ceterum milia corpora. ¶ **Item** de illis viris maledictis qui yxores suas impregnatas perturbant verbis vel factis percutiendo trudendo. z sic efficiunt homicide priorum filiorum. Et mulieres non debent se super hoc remittere que sunt impregnate. z propterea viros suos ad iracundiam puocare. sed viros suos debent honorare z eis sponte obedire. ¶ **Unde** dixit dñs ad **Euum**. vt habet **Gen. iij.** Sub potestate viri eris. Quia mulier existens pertinaciter inobediens viro suo in licitis z honestis. z contemnens preceptum eius in his in quibus tenet sibi obedire peccat mortaliter z offendit deum grauius. Ergo debent simul pacifice viuere. tunc deus moratur cum eis. **Uñ ps.** In pace factus est locus eius. Sic econuerso cum simul litigant. tunc diabolus moratur cum eis. ¶ **Item** q̄ cum gladio euaginato benedicunt mulieres in puerperio z exufflant candelam accensam in faciem eius. quod etiam est supersticiosum. Sed si tibus ibi adoleat siue accendatur lumen consecratum. vel aq̄ benedicta ibi aspergatur. vel signū crucis ibi habeatur talia licent z similia.

¶ **Sciendū** q̄ omnes homines libenter debent honorare z seruire mulieribus impregnatis. exemplo **vgis Marie**. que ascendit in montana cum festatione. z intrauit in domū **Sacharie** fuit **Elizabeth** cognate sue tribu mēsis. ¶ **Sedecimi** sunt qui carminant homines z pecora senes z iuuenes. et hoc fit multipliciter. Primo caput angunt et mensurant cū angulo prior z tūc ponunt angulū sub pedibus eius. z ipse dicit **Deus** te calco q̄ te porto. ¶ **Item** oculos benedicunt z sic cū manu terrā tangūt. et sic cum tali manu oculos sibi contingūt. ¶ **Item** alij qui lauant oculos ex locione pedum. quod ē oculis magis nocuū.

**Item** aliquos ponunt ad terrā in modum crucis z sic cum filo eos mensurāt. z tunc tale filum cōburunt. z sic cineres dant ad potandum cuius aqua que tacto do allata est. **Item** quando aliquos ducunt per aquam fluidam. **Item** vertunt se contra ortum solis. **Item** ducunt eos quandoq̄ ad arborem. z faciunt eos quiescere. **Item** quidam carminant equos z cetera animalia cum vermes habent. et cum de mane pecora expellunt. vel cuius alias perdita sunt ea benedicunt ne lupi ea rapiāt. ¶ **Unde** exēplū legitur q̄ quidam deuotus homo pergens ad siluam vidit diabolū in specie humana custodire porcos z fuit in autumno cum porci pellunt ad siluā ad comedēdū glādes. Et requisit ille deuotus heremita a diabolo quid ibi faceret. Et ille rēdit. Custodio illos porcos ne a lupis z feris ledant qz carminatrices carminauerūt eos. ¶ **Et** illis carminibus fides adhibeatur. z vt illi hoies in isto errore perseuerēt. id ego illos cū diligentia custodio. **Item** quidā spēs. sic incantatores spēs. **Item** quidā gladios ne ledere possint. **Item** quidā vulnera cū hō vulnerat. **Item** quidā sanguinem cū hō cruciat. **Item** quidā amicos z inimicos. **Item** quidā canes z lupos cū vulneribus iesu xpi se carminant. **Item** alij dicunt q̄ **vgis Maria** ioāne euāgelistā carminauit cū semel caput doluit. qd ē falsum. Et ex hoc volunt inferre q̄ licitū sit carminare. z sic conant se in peccatis suis cū falsitate excusare. z sic de alijs vanitatibus. **Sciendū** q̄ oēs isti q̄ carminant vel se faciunt carminare. vel pueros suos portāt ad carminatrices quibus peccāt. maxie qñ d̄ hoc antea ammoniti sūt. nec tamē desistere volūt. ¶ **Nota** q̄ talia nō hnt efficaciam sanādi. qz sanare hominem sine medicina est miraculum. z cōuenit deo vel sanctis q̄ ex diuina operatiōe hoc homini impetrant q̄ sine medicinalibus sanāt. ¶ **Tunc** querit q̄re talia q̄ndōq̄ videntur iuuare **Respondeo** q̄



precepto

